Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Horæ Canonicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

citè interfecit, non tenetur reſtituere. *P. N. l. 2. c. 3. nu. 419. ex communi.*

Homicidium caſuale ex ludo licito non gignit irregularitatem. *Nau. conſ. 3. de homic. ex c. Ioannes de homic.*

Honor, vide Homicidium, Vana gloria.

1. HOnorem, & laudem, ſi debeantur, optare, peccatum non eſt.

**D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. Caiet. ibid. Naua. c. 23. num. 9.*

Addit. Si appetatur honor ex, vel ob m. p. ſi in honore vltimus finis ponatur, ſi cum m. p. quæratur, ſcelus lethale eſt. *Tol. de ſeptem p. m. c. 24. vide Nau. l. c.*

2 Honoris inſignia ſumere ſibi, modo non cum præiudicio alterius, licet.

Horæ Canonicæ, vide Beneficium, Oratio.

1. AD Horas Canonicas, ſeu officium diuinum non tenentur Religioſi non profeſſi, nec profeſſi, niſi ſint in ſacris, aut choro deſtinati. Quidam tamen, & Moniales, & eos omnes qui non ſunt in ſacris, obligatione liberāt: quod non eſt vſu receptum. Nec Clericus, qui nec eſt in ſacris, nec habet beneficiū. Nec is cuius ſanitati obeſt recitatio: nec qui vrgente negotio eſt impeditus; nec qui ſine

notabili aliquo damno recitare non poteſt: nec qui fructus nullos abſque culpa recipit. Nec ſecundùm quoſdam, qui valde exiguos, vt octo ſolum ducatorum, quem tamen alij non excuſant. Vide *Sot. lib. 10 de Iuſt. q. 5. ar. 3. Syl. 5. Hora. §. 3. Nauar. citat. nu.* 100. Sunt & qui velint ſolum titulum obligare ad Officium, quod duriuſculum videtur.

*De Horis etiam p. *Arrag. 2. 2. q. 83. ar. 12.*

**Nau c. 25. num. 97 Vide Sot. l. 10. q. 5. art. 3. Io. Med. q. 7. de oratione. vide Arrag. l. c.* Religioſos ex ſola profeſſione ad horas nõ teneri docet, niſi id regula, vel conſuetudo poſtulet.

Moniales} non votum, non lex, ſed conſuetudo eas ligat. *Caiet. in ſum. Tol. 2. c. 12. n. 7. Sot. l. c.* putat eas teneri *col. pen. Azo. l. 10. c. 6.*

Beneficium} *Sot. l. c.* {Nec is} *Nauar. l. c. num.* 100.

Fructus nullos} *Sot. l. c. Nauar. l. c. nu. 104. Io. Med. l. c.* habentem ſolum titulum teneri ad horas ait. Hanc quæſtionem lege apud *Lopez c. 94. q. 2. vide Io. B. Cor. q. 240. Tol. l. 2. c. 14.*

2 Degradatum quidam excuſant, alij communiter obligant, meritò.

**Tol. l. 1. c. 17. nu.* 8. Tutius eſt recitare, omittendæ tamen ſolemnitates, & Dominus vobiſcum, *Sylu. Hora 4. Tol. l. c.* (obligant) *Syl. l. c. Fum. verſ. Degradatio.*

3 Qui legitimè excuſatur, non tenetur ad aliud loco Officij. Qui tamen neſcit recitare Officium,

Officium, dicat ſaltem Roſarium, ſeu Coronam, vt vulgò appellatur.

**Tol.l.2.c.14.num.2.Sylu.l.c.num. 7. Nauar.l.c. num 100.*

4 Capellania inſtituta ſine Papæ, aut Epiſcopi auctoritate, non obligat ad officiũ, quia nõ eſt beneficium; nec beneficium datũ ad Officium non Eccleſiaſticum, vt ad pulſandũ organa, aut ad docendum etiam Theologiam.

* Nec beneficium} *Fum. Hora. nu.* 3.

5 Habens ſolum minores Ordines, ad nullum officium recitandum tenetur, etiãſi Epiſcopus præcipiat.

* *Fum. l.c.nu.1. Tol.l.1. c. 12. Nau. l. c. nu.97. & 108. Io. Med.l.c. in ſine.*

6 Extra chorum poteſt quiſque dicere Officium Romanum.

7 Domeſticus Cardinalis, aut Epiſcopi, poteſt cum eo idem Officium dicere.

* *Syl. l. c. 2.*

8 Ingreſſo chorum tardè, ſufficit poſtea ſola quæ iam erant ab alijs recitata ſupplere. Quod verò quis impeditus inſeruiendo officijs non potuit in choro dicere, aut adire, tenetur ſupplere. *Nau.c. u de orat.num.37.*

**Tol.l.2.c.13 nu.4.* {Quod} inſeruientes ſacro cẽſentur audire, ſi in parãdis neceſſarijs occupentur. *Tol.l.6.c.nu.7 ex Ant. Syl.Tab.*

* *Abul, in c. 6. Math. q. 94. ex Clem. Graue extr. de celeb. miſ.nu. 9. Tol.l. 2. c. 10. nu. 4. &*

c.13.Nau.l.c.nu.97.Io.Med.l.c.ex communi. tantam expreſſionem ſatis eſſe dicit, vt aſtantes intelligere poſſint, ſi aduertant, ſi ſolus recitet, ſufficit ſi verſ. ipſum intelligat, *Naua.de orat.c.20.n.14.Azo.l.10.c.11.q.4. vide Caiet.2.2.q.83.art.12.Graff.l.2.c.52.n.21.Abul.in c.6.Matthæ c.94.vide Arrag.2.2.q.83.art.12.*

9 Qui in choro ſuam partem dicit, & alteram etiamſi attentus non poteſt percipere, non tenetur ſupplere, niſi vt quidam addunt ſurdus eſſet.

10 Poteſt quis priuatim officium dicere lingua qua velit, vt Græcia, aut Hebræa: etſi ego, vt vulgari dicat, non facilè admiſerim.

11 Qui ſolum mentaliter officium dicit, non ſatisfacit obligationi. *Tolet. lib. 2. c. 12. Canoniſtæ communiter, cap. dolentes, de celeb. Miſſa.*

12 Qui ex iniuncta pœnitentia debent aliquot Pſalmos, poſſunt ſimul dicere.

13 Notabilem officij partem ex negligentia omittere, mortale eſt. Non tamen, ſi totum omittatur, plura ſunt peccata, ſed vnum.

**Nau.c.25.nu.97.*

Hymnus aliquis, aut pſalmus breuis non eſt notabilis pars. *Met.l.1.c.14.§.11.p.88.*

Non tamen} ſi voluntas interciſa non fuit.

14 Ordo Officij poteſt priuatim ex cauſa mutari; nempè prius dici quod poſterius dicendum eſt: quod ſi ſine cauſa mutetur,

mor-

mortale non eſt.

Syl.c.17.Nau.l.c.num.99.

15 Veſperæ in Quadrageſima poſſunt priuatim à prandio dici.

Tol.l.2.c 13.num.7.

16 Poſt mediam noctem tranſijt obligatio Officij præcedentis diei.

Nau.l.c.nu.97.Tol.l.c.

17 Poteſt ex cauſa ſtatim poſt Completoriũ, dici Matutinum ſequens, & manè totum officium dici.

**Nau.l.c.n.*107.etiam ante ſolis occaſum ſecundum *Nau. V.Tol.l.2.c.13.*

18 Officium publicè dicere in ſtatu peccati, non eſt mortale, ſi non ſit aliquid proprium Ordinis ſacri.

19 Vagari mente ex negligentia in Officio veniale ſolum peccatum eſt: niſi ex propoſito id fiat: nam tunc etiam Officium repetendum: etſi id quidam negent: Sufficit verò ad Verba attendere, aut ad id quod petitur, aut ad Deum qui oratur.

Vide Sot.l.c.art.5.Nau.l.c.nu.105. Gab.in can. citatum à Io Med.q.16.de orat.

Sufficit} Virtualiter, vel actualiter *Tol.l.2.c. 14.n.9.Nau.l.c.Io.Med.q.14.de orat.* Quidam dixere ſatis eſſe recitare voce, etiãſi aliud cogitetur mente. *Vide Azor.l.10.c.12.q.6.*

Addit.} Qui poteſt celebrare Miſsã, & nõ poteſt recitare horas, celebret. *To.l.2.c.14.n.2.A-*

zor.l.10.c.28.q.18.Sot.l.10.q.5.art.4.de inſt.Gab. in can. putant, vagantem, dedita opera, teneri ad repetendas horas: *Gerſon* vel peccare, vel teneri repetere. *Caiet.* peccare, ſed non teneri repetere. *Dur.4.* ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, dum opus, quod diſtrahat, non exerceat. *D. Ant. 3.p.*

**Vide Azo.l.c.c.12.q.6.* duas ſententias referentem peccare ex contemptu, ſatisfacere tamen Eccleſiæ præcipienti, & non teneri iterū dicere. *Hæc Io Med.q.16.de orat.in fin.*

An repetendæ horę, ob id, quod interruptæ fuére per aliquod temporis ſpatium, definiri nequit: ſi cauſa neceſſaria, & vrgenti id fiat, non repetendæ: ſecus alias. *Id. ibid.* De hac re vide *Azor.lib.10.c.8.*

Hoſpitale, vide xenodochium.

Hypotheca, vide Pignus.

Ieiunium, vide Satisfactio.

1. AD Ieiunia loci, & Feſta tenetur qui illic eo die manet, qui non tranſit.

**Tol.l.6.c.5.n.7. Azor.l.7.c.30.q.4.& 5.*

2. Ieiunandum in vigilia Pentecoſtes.

**Tol l.c.c.3.n 1.Caie.Ieiunij dies, & alij Bellar.l.2.c.23.de bo. oper.t. 4. ex ord.Ro.& cõſuet.eccl.*

3. Ad Ieiunia Religionis tenentur profeſſi etiam ante annum vigeſimumprimum, etſi id quidam negant.

**Syl.Ieiunium numer. 6. Azorius l.c.c.28.q.4.*
confu-